


**Programma In Exequias ... Viri, Dn. Lucae Bacmeisteri, ... Dn. D. Joannis Bacmeisteri filii desideratissimi, Iudicii provincialis Megapolitani Secretarii solertissimi & fidelissimi. Quas Moestißimus parens hodie hora media prima in templo Mariano paratas cupit**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746583249>

Druck Freier  Zugang





Stocman, J.,


in L. Bacmeister.

R. 1630.

47







PROGRAMMA

In

Exequias

*Eruditissimi & prestantissimi Viri,*

D. N.

LUCÆ BACMEISTERI,

*Excellentissimi & Experientissimi*

Dn. D. IOANNIS BACMEISTERI

*flij desideratissimi,*

Judicij provincialis Megapoli-

tani Secretarij solertissimi

& fidelissimi,

Quas

*Mæstissimus parens hodie hora media prima in  
semplo Mariano paratas cupit.*



Rostochl, Typis Joachimi Pedan., Anno 1630.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
D. JOACHIMUS STOCMAN  
Phys. Profess.



Nerone, forsan nondum Nerone, cum aliquando Burrus praefectus exigeret, ut in quos & ex qua causa animadverti vellet, subscriberet, idq; saepius dilatum, tandem ut faceret, prolata etiam & tradita charta moneret, Imperator exclamavit, Quam vellem nescire literas. Excellentissime & Experientissime Dn. B A C MEISTERE, Dn. Collega, Compater & affinis plurimum colende, si qua fides, etiam ego quam vellem jam nescire literas, dum oblata eam in rem schedula desideratissimi tui filij funus publice ut indicem, compellor. allocutionem si patitur recens tuis, & inopinatus adeoq; acerbissimus & tacitus luctus de quo nescio annon vere dicitur, quemadmodum profundioribus corporis vulneribus acutis armis factis sanguis antequam fluere incipiat, prius veluti candida fissura apparet; Non secius animus subito dolore veluti sagitta percussus lacrymas sistit, neq; eas crumpere sinit, Nisi cor paulatim dolorem concoxerit. Nam sunt lacrymae instar sanguinis animi perturbati & afflicti. Siquidem animus tristitia & dolore obrutus ad ipsam cerebri pelliculam fertur, ubi humorem quem illic of-

A 2 fendit



fendit, interdum comprimit, interdum erumpere cogit,  
unde illud Phœdræ apud Senecam Tragicum,

Curæ leves loquuntur, ingentes stupent,

Si patitur, quæram quid doleas, cur subinde ex imo pectore  
haustis suspiriis, itemq; affluentiis, jam tandem copiosissimis la-  
crymis ita crebro ingemiscas. Filium, LUCAN, virum ju-  
venem præstantissimum politicissimum & eruditissimum, spem  
Generis jam maturam, optatissimum ingravescentis senectu-  
tis fulcrum, vitam cum morte commutasse conquereris? Quis  
hac Tempestate non habet de quo conqueratur, Ergone in la-  
crymas diffluemus etiam nos, qui ignorare non possumus vetus  
illud præceptum, Deum sequere, θεῶν δαδόντων ἐκ ἰσθμῶν ἄ-  
πόρον ἀδδὰ νῦν βασιλείας ἀμείνων. Quis adhuc sacramentum ad-  
ducti sumus Ferre mortalia, nec perturbari is que vitare no-  
stra non est potestatis. Ne dicam, quemadmodum projecti in  
altum scopuli mare frangunt, & vix ulla sævitæ vestigia, toe-  
verberati sæculis ostendunt, ita sapientis animum solidum esse  
debere, & id roboris paulatim collegisse, ut ram tutus sit à qua-  
vis ingruente calamitate, quam ab undis promontoria, atqui  
Filius mihi periit, inquis, Tunc desitebis mortem mortalis?  
acerbo funere periit, Quid? an nescis mortem æquè ad juve-  
nes pertinere & senes, Neminem hic extra vulneris ictum positum  
esse, non esse eundem ordinem fieri qui est ætatis, modo maturam  
modo immaturam, modo ex plebeia domo duci funera, modo ex re-  
gia, forsitan contra expectationem tuam evenit? Quid, quod  
perierit periturus? Quem tu tibi tuisq; superstitem spera-  
bas, Verum hoc nemo tibi promiserat, periit filius, habuit ille  
cujus magis esset quam Tuus, apud te precario morabatur, E-  
ducandum quem tibi commiserat, Deus repetiit, non abstulit.  
Quare potius dicis, Nunquam Ego Fortune credidi, etiam si  
videretur pacem agere, ideoq; omnia que in me Indulgentissime

CONTINUA

contulit. Bona, eo loco posita semper habui unde sine metu meo  
repeti possent. Scivi jam ante, usum fructum tantum esse meum,  
cujus tempus ipse arbiter muneris sui temperaret; Scivi  
in quemlibet diem quae data erant reposcenda, semper in prom-  
tu habenda fuisse, & sine querela creditori reddenda, quocunq;  
momento debitorem appellaret. & merito tibi gratularis fali-  
cissime senex, in decussis rami locum quod novus succrescat leto  
germine surculus, jam plus quã ante tua sola & sera voluptas.  
Quem tibi fata ut diu incolumem praestent optime indolis &  
rarioris ingenij dotibus auctum blandissimum puerum ex ani-  
mo precor.


Hinc me ad vos converto, Academia Civis, & vos Dn. Pro-  
fessores Doctores, divini verbi Ministros, Magistros, Studio-  
sos juvenes, obnixè rogo, hora momentum gravioribus occupa-  
tionibus detrahere & pietati dare, ne gravemini. id agere  
velitis, quod sui Magistratui boni cives, spectatissimo Seniori  
observantissimi collegæ, fidelissimo præceptori gratissimi disci-  
puli, strenuo militi fidissimi commilitones debent, & nemo nõ de-  
bet splèdidissimæ, meritisimæq; familiae. Natus quippè est, ve-  
rè noster sub initium anni 1600. 1. Januar. patre Excel-  
lentissimo & experientissimo viro, Dn. JOANNE BAC-  
MEISTERO, Phil. & Med. Doct. ac Professore celeberrimo,  
Matre CHRISTINA SASSIA Matriona dum viveret  
omnib; virtutibus in exemplum ornatissima. Avum paternum  
habuit virum admodum Reverendum & longe clarissimum,  
Dn. LUCAM BACMEISTERUM, S. S. Theologiae  
Doctorem, hujus Ecclesiæ Superintendentem, & per integros  
46. annos Academiae nostrae Professore dignissimum. Aviam  
JOANNEM BORDINGIAM, Celeberrimi & experien-  
tissimi viri, Dn. D. JACOBI BORDINGII, Philosophi &  
Medici præstantissimi, quondam hujus Scholæ Professoris claris-  
simum,

HENRICI Ducis Megapolensis, & deinde duorum Danicæ  
Regum Christiani tertij & Friderici secundi archiatri, filiæ,  
& Magnifici & Consultißimi viri, Dn. JACOBI BOR-  
DINGII, J. U. Doctoris eximij, ultra 20. Cæcellarij Megapo-  
litani & postea per plures etiã annos Consulis Lubecensis Sororẽ.  
matronam laudatissimam. Avus maternus ipsi fuit JACO-  
BUS SASSIUS; ex præcipua hujus urbis familia oriundus,  
vir si quisquã alius sincerus & candidus, civis & mercator  
primarius: avia verò ANNA BURENIA, magni illius  
M. ARNOLDI BURENII, hujus Academiæ cum penè  
collapsa esset, instauratoris & professoris de multorum studiis  
optimè meriti filia, fœmina lectissima. Avunculum agnovit  
Clarissimũ & Eruditissimũ virũ, Dn. M. PETRUM SAS-  
SIUM, Logices Professore, collegam & amicum nostrum pl.  
honorandum. Ex hisce tam præclaris parentibus ortus defun-  
ctus noster, Quia norat, non minus conspicuas & rutiliores esse  
proprio labore partos honores; itemq̃, non minus pulchrum, ita  
illustrare alios ut nihil ipse splendoris ab aliis mutuatus esse di-  
caris, quam ita abundare divitiis ut nemini quicquam debeas:  
ideoq̃ indefessam dedit operã ut eorũ vestigia premeret, virtu-  
tesq̃ imitaretur, id quod ut assequeretur facilius, à parentibus  
suis, quibus constabat, altius descendere quã teneris imprimuntur  
arabibus, Purpuram eodem etiam conchylio nõ in unum modum  
exire, & multum interesse quam diu macerata sit, crassius me-  
dicamentum an aquatius traxerit, sæpius mersa sit & excocta,  
an semel tincta, maturè ad pietatem, modestiam aliasq̃ virtu-  
tes, diligentissimè educatus est. Prima litterarum funda-  
menta jecit in Schola apud nos triviali; deinde in scholam Lu-  
becensem à parentibus missus, ultra biennium ibidem apud af-  
finem suum virum reverendum & de Ecclesia optime meritum  
Dn. M. JOANNEM STOLTERFOTIUM, Pastorem  
ad D. Mariam commoratus est, ad uberiores studiorum suo-  
rum


rum in ludo istius loci litterario, fructus percipiendos. Inde  
revocatus privatim Reverendi & doctissimi viri, Dn. JO-  
ANNIS TARNOVII, S.S. Theol. Doctoris & Professoris  
hujus Academiæ d. v. præstantissimi, nunc desideratissimi, pri-  
vata institutione usus est, qui ipsum in latina & græca lingua  
diligentissime informavit, in quibus etiam usq̃ adeo profecit,  
ut non tantum elegantur latinè loqueretur & scriberet, sed &  
Græcos authores mediocriter intelligeret. In philosophicis etiam  
studiis præcipuè verò in Ethicis, logicis, Geometricis diligen-  
ter sese exercuit. Postea animum ad studium juris adjecit, quod  
hic sub doctissimis professoribus inchoatum, in celeberrimis  
Regiomontana Borussia, & Jenensi Academiis ea conti-  
nuavit sedulitate, adjuncto historiarum studio quo imprimis de-  
lectatus fuit, ut præceptorum suorum singularem favorem &  
benevolentiam sibi conciliaret. Tandem huc reversus, à celsis-  
simo quondam & Illustrissimo principe ac Domino, Domino  
Alexandro, hærede Norvegia, Duce Schlesvicensi, Holsa-  
tia &c. Lineæ Sunderburgensis, honesto stipendio vocatus est,  
qui eum filiorum suorum natu majorum morum & studiorum  
directorem & informatorem constituit. Cum verò per biennium  
in aula illa substitisset, & officio suo fideliter functus esset, in-  
gruentibus turbulentissimis temporibus & belli tumultibus, à  
principe suo, ad submissam ipsius petitionem, bona cum gratia  
dimissus est. Postquam verò huc rediisset, Secretarij munus  
in judicio provinciali Megapolitano obtinuit, in quo talem per  
sesquiannum se gessit, ut & nobilissimo Domino Præsidi, &  
cæteris assessoribus abundè satisfecerit, ac collegis suis gratus &  
acceptus fuerit. In morbum incidit 25. Ianuarij acutissimum,  
febrem tertianam continuam, quæ licet multum remississe vi-  
deretur, tamen à parentis tum bene adhuc sperantis, nunc ge-  
mitu & lacrymis confecti, discessu, qui ipsum ægrum visitarat,  
recidivam passus, frustra adhibitis exquisitissimis remediis, &

MOT-

inorbo omnem medicorum diligentiam, superante, nocte quarta  
& 9 hujus mensis diem intercedit, hora media prima Gustrovij  
apud patrum virum Reverendum & Doctissimum, Dn. Lu-  
cam Bacmeisterum, S.S. Theologiae Doctorem, Ecclesiae Gu-  
strovienſis & vicinarum Superintendentem bene meritum,  
Dn. affinem & amicum nostrum plurimum colendum, pie  
& placide in Domino obdormivit anno etatis 31 currente. Au-  
gustus Monarcha omnium potentissimus, ut Dio & ex Dione  
Cedrenus refert, mandavit ut se defuncto plauderent & risum  
tollerent, sicut in mimorum sine fieri assolebat. Quo mandato vi-  
tam humanam nescio annon ut rem ridiculam subsannare vo-  
luit, & Democritum imitari qui quoties in publicum processit  
risit, quemadmodum Heraclitus flevit, quorum alteri omnia nostra  
miseriae, alteri ineptiae videbantur, consentientibus Bione, qui  
vitam hominum non magis sanctam & severam esse dicebat, quam  
contentus inchoatos, itemque veteri poeta qui dicere ausus, πᾶν τε  
τὸν βίον οὐκ ἔστιν εἰς αὐτὸν ἡμῶν πᾶσι βίον. Nostrum erit, quamvis Sene-  
ca judicet humanius esse deridere vitam quam deplorare, con-  
dolere dolentibus, & ad horam mediam primam in templo Ma-  
riano tanta confluere frequentia, ut abunde constare possit de  
Christiano & peculiari nostro in pie defunctum Excellentissimum  
juvenem & maestissimam familiam, affectus cogitemus interea  
ἐπιείκεια εἰς αὐτὸν τὸν βίον ἡμῶν ἀντὶ τὸ μὴ εἶναι, militiam esse nostram  
vitam, esse servitium, esse captivitatem, ubi alium honores, a-  
lium opes vincunt, quosdam nobilitas quosdam humilitas premit,  
quibusdam aliena imperia supra caput sunt, quibusdam sua,  
quosdam exilia uno loco tenent quosdam sacerdotia. Cogitemus  
e contra, mortem rem esse pretiosissimam, victoriae consumma-  
tionem, finem laborum, ad perfectam libertatem januam; adeoque  
concludamus non ad Diomedis & Glauci permutationem, vitam  
cum morte non χεῖροσθα καὶ ἀλκεῖσθαι, sed mortem cum vita, καὶ ἀλκεῖσθαι  
χεῖροσθα commutasse nostrum immaturius denatum Lucam Bac-  
meisterum. P. P. Sub sigillo Rectoratus ad diem 15. Ja-  
nuarij Anno 1630.



GK








rum in ludo istius loci litterario, fructus per  
revocatus privatim Reverendi & doctissimi  
ANNIS TARNOVII, S.S. Theol. Dod  
hujus Academiae d. v. praestantissimi, nunc a  
vata institutione usus est, qui ipsum in latini  
diligentissime informavit, in quibus etiam  
ut non tantum elegantur latine loqueretur  
Graecos authores mediocriter intelligeret. In  
studiis praecipue vero in Ethicis, logicis, Ge  
ter sese exercuit. Postea animum ad studium  
hic sub doctissimis professoribus inchoatum  
Regiomontana Borussiae, & Jenensi  
nuavit sedulitate, adjuncto historiarum stud  
lectatus fuit, ut praceptorum suorum singula  
benevolentiam sibi conciliaret. Tandem hu  
simo quondam & Illustrissimo principe ac  
Alexandro, haerede Norvegiae, Duce Sch  
tia &c. Linea Sunderburgensis, honesto stip  
qui eum filiorum suorum natu majorum mor  
directorem & informatorem constituit. Cum  
in aula illa substitisset, & officio suo fidelite  
gruentibus turbulentissimis temporibus & b  
principe suo, ad submissam ipsius petitionem  
dimissus est. Postquam vero huc redisset,  
in judicio provinciali Megapolitano obtinui  
sesquiannum se gessit, ut & nobilissimo Do  
cateris assessoribus abunde satisfecerit, ac co  
acceptus fuerit. In morbum incidit 25. Janu  
febrem tertianam continuam, quae licet mu  
deretur, tamen a parentis tum bene adhuc sp  
mitu & lacrymis confecti, discessu, qui ipsum  
recidivam passus, frustra adhibitis exquisit

the scale towards document



Inde  
Jo  
fforis  
pri  
nguis  
fecit,  
sed &  
riam  
ligen  
quod  
rimis  
onti  
is de  
m &  
elfis  
mino  
olsa  
est,  
um  
nium  
, in  
is, a  
ratia  
unus  
per  
i, &  
us &  
um,  
evi  
ge  
rat,  
is, &  
mor